

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - X \[104\] : De Nereo](#)

Mythologia, Venise, 1567 - X [104] : De Nereo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[104\] : De Nereo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 06 : De Nereo & Nereidibus](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[104\] : De Neree](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[104\] : De Neree](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s) Grec ancien

Pagination 303r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Nérée](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

attulerunt, quæ et si grauiſſima pericula ob liberalitatem, qua uſa eſt in Bacchum contulit, tamen in ſummam felicitatem denique peruenit. nam pro rebus bene geſtis ſolet Deus calamitates in ſummâ felicitatem conuertere

De Nereo.

VT autem prudentiam omnibus in rebus utilem eſſe oſtenderent, & nauigationibus præcipuè neceſſariâ ob multa quæ nauigantibus eueniunt aduerſa, Nereum ſive nauigandi peritiâ filium oceanî & Tethyos eſſe dixerunt. qui Nereus, quoniam ſapientis eſt ad multas opportunitates ſe accommodare, dicitur in varias formas ſe vertere ſolitus. Ne quis igitur ob inclementiam Deorum, potius quam ob ſuam ipſius inſcitiam, ſe naufragium pati, aut perire arbitretur, hæc de ipſo Nereo & Nereidibus conſinxerunt. Nô enim accuſanda eſt diuina clementia, ſi quis temeritate imprudentiaq; ſua ſæuus ſe in grauiſſima pericula intruſerit; cum Deus prudentes tantum & diligentes, ubi vires deſunt humanæ, adiuuare ſolet.

De Proteo.

CVM adhortarentur autem ad prudentiam, quæ neceſſaria eſt ciuitatibus, & amicitiis conſeruandis Proteum non ſolum virum bonum, ſed etiam in omnes formas ſe vertentem, vt Nereum, introduxerunt. Nam ſanè viro prudenti non ſolum motibus animi moderari ratione & conſilio neceſſe eſt, ſed etiam ad omnes fortunæ euentus, & ad omnes temporum vel perſonarum opportunitates animum ſuum accommodare. Id, qui facere poteſt, noſtris præcipuè temporibus plurimum gratia & opibus valet. Sed ego, (ſic enim meum eſt ingenium) nunquam prudens in hoc genere exiſtimabor, quia nô patitur Genius cuiſpiam adulari, neque poſſum cum nebulonibus, quorum magna eſt & latronum multitudo, conuenire. Non tamen illum vituperô, qui ad facere poſſit, cum præſens opportunitas illa poſtulauerit: nam cum ſtultis ridendum eſt. Hanc ipſam prudentiam neceſſariam magis ciuitatû præſectis, quàm priuatis, iudico: quoniam alteris vt omnium ſint exemplar, alteris ad honeſtatem tantum ſe accommodare opus eſt. Sic igitur ſignificatur prudenter cedendum eſſe temporî, & rebus ac perſonis pro dignitate tribuendum.

De Caſto re & Polluce.

NEQVE vero flammas illas ſine Deo apparere crediderunt, quæ nauigantium antennis, vel carcheſiis, inſiderent per tempeſtatis tempora; quæ, vt ſuo loco dictum fuit, modo certam tranquillitatem prædicerent, modo portenderent pernitiem nauigantibus.

De Aeolô.

AEO LVS ventorum, tempeſtatumque Deus creditus eſt, non ſolum quia ſignis obſeruatis ventura multo ante prædicebat, ſed etiam quod iuxta
modera-